

ADMIRANDA

E T

VERE ADMIRANDA,

sive,

DE MAGNITVDINE ET VRBIS


ET ECCLESIAE ROMANAE.

Auctoribus IVSTO LIPSIO *Belga,* & THOMA
STAPLETONO *Anglo,*

Libri omnibus Christianis, maximè Romam aduentibus
tam necessarij, quàm vtilis.

Coniunctim nunc primùm editi.

Curante GASP. SCHOPPIO Franco.



ROMAE, Ex Bibliotheca Bartholomæi Grassi.

Apud Nicolaum Mutium, M. D. C.

SVPERIORVM PERMISSV.

ILL.^{mo} ET REV.^{mo}

D.

BERNARDINO PAVLINO

S. D. N.

CLEMENTIS VIII.

P. M.

D A T A R I O

Gasper Schoppius Francus S. D.



SOLEMNE & vsitatum fuit prae-
scis illis Romuli nepotibus, quod
& tu non ignoras, vir Illustis-
sime, ut partim funeris alicuius
viri magni honorandi ergo, par-
tim magnificentiae ostentanda,
partim etiam popularis beniuo-
lentiae captanda caussa aliquot Gladiatorum paria
ludis publicis committerent: quod hoc pacto mascu-
la Romanorum virtus pugnis adsuescere, & quod
in theatris Circusq. assiduò fieri videbat id in pugnis
iustisq. praelijs non pauescere, sed sanguinem vel ho-
stilem videre, vel proprium effundere prompto ma-
gnoq. animo crederetur. Quod si quis etiam Mune-
rarius siue Aedilis exquisitos et edecumatos eam ad-
rem Gladiatores comparasset, tanto maiorem vsui et
rudimento bellico voluptatem adiectisse censebatur.
Quis enim non credat longè maiorem ludorum ex-
specta-

IUSTI LIPSI
CIVIS ROMANI
ADMIRANDA,
sive,
DE MAGNITVDINE
ROMANA LIB. IV.
AD SERENISSIMVM PRINCIPEM
ALBERTVM AVSTRIVM.

Tertia editio correctior auctiorque.



ROMAE, Ex Bibliotheca Bartholomaei Grassi. M.DC.
Apud Nicolaum Mutium. Superiorum Permissu.

SER.^{mo} PRINCIPI
ALBERTO AVSTRIO
IMPERATORIS FILIO,
NEPOTI, FRATRI,
S.R.E. CARDINALI,
BELGICAE SUPREMO GUBERNATORI,

I. LIPSIUS *dedicat consecratque.*

N. p. Historiæ



I. L I P S I
ADMIRANDA,

siue,

DE MAGNITVDINE
ROMANA.

Liber I.

CAPVT PRIMVM.

Occasio & ingressio sermonis.



IES æstuosus erat, & quales
Iulio mense per caniculam so-
lent. Venit ad me AVDI-
TOR, & Numquid turbo? in-
quit, non opinor. Otiari te
cum tempus, tum & mos iubet,
qui publicas Ferias nunc indi-
xit. L I P S. Otiatur, non ob
causas à te dictas solum, sed ob
quam minime vellem. Ea valetudo est, semper molesta,
nunc magis in isto æstu. O si Speda me habeat! quàm
me recreem & refrigerem ambulando, bibendo! AVD.
Omitte Spalam, illam cursus tui palæstram. Satis no-
bis,

A

V E R E
ADMIRANDA,
seu,
DE MAGNITVDINE
ROMANÆ ECCLESIAE
LIBRI DVO.

Auctore THOMA STAPLETONO *Anglo,*
S. Scripturarum nuper in Academia Louaniensi
Professore Regio ac Primario.

EDITIO SECUNDA CORRECTOR.

Psal. cxvii.

A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris.



ROMAE, Ex Bibliotheca Bartholomaei Grassi. M. DC.
Apud Nicolaum Mutium. Superiorum Permissu.

SANCTISSIMO PATRI
CLEMENTI VIII.
PONT. MAX.

N fidem meam libero,
Beatissime Pater, opusq;
quod nuper ab eruditis-
simo sacrarum literarum
in Academia Louanien-
si Professore Thoma Stapletono *De Verè*
admiranda Ecclesie Romanæ magnitudine
conscriptum significavi, Beatitudini
tuæ offero, (extremam & tanquam cy-
gneam viri eruditissimi vocem atq; ora-
tionem) fidei quidem meæ ab illo con-
creditum, sed tuo vnus nomini debi-
tum; id nempe ille facturus erat, ni su-
bita inualetudine, quam præpropere de-
inde mors subsequuta fuit, impeditus fuisset.
Quid enim aliud ille, aut cui alij
opus hoc suum offerret, quàm Sanctita-
ti tuæ? cui seipsum iam suosq; labores

DE MAGNITUDINE ROMANÆ ECCLESIAE
V E R E
ADMIRANDA,
seu,
DE MAGNITUDINE
ROMANÆ ECCLESIAE

Liber I.

C A P V T P R I M V M.

*Mundi Imperia quattuor: Christi regnum æter-
num. Eius primaria Sedes.*



V I S I O prophetica admiranda
Regi quidem Babylonie Nabu-
chodonosor primum reuelata,
sed ab eo mox obliuioni tradita,
& Danieli prophetae Dei ma-
gno, denuò diuinitus patefacta,
ipsiq. Regi per eum explicata,
maximam meritò admirationē
non Regi modò eam audienti peperit, sed & cuilibet
eam legenti excitare poterit. In illa quippe statua ma-
gna, sublimi atque terribili, cuius caput ex auro optimo,
pectus & brachia ex argento, venter & femora ex ære, ti-
bia autem ferrea, pedum quadam pars ferrea, quadam au-
tem fictilis apparebant, quattuor maxima regna, impe-
ria & monarchiæ orbis terrarum designabantur; Assy-
riorum seu Babylonicum, Persicum, Macedonicum, &

Dan. 2.

A

Roma-

R O M A E,
Apud Nicolaum Mutium.
M. D. C.

PERMISSV SVPERIORVM.

